Si maior congregatio fuerit · cum antiphonis · Si uero minor
in directum psallantur ; uespertina autem sinaxim ·
IIII · psalmis · cum antiphonis · terminetur ; post quos psal
mos lectio recitanda est · Inde responsorium · ambro
sianum · uersus · canticum de euangelio · letania · et ora
tio dominica · et fiant missae ; Completorium autem · trium psal
morum dictione terminetur ; Qui psalmi directanei
sine antiphonis dicendi sunt ; post quos · hymnum eiusdem horae ·
lectio una · uersus · kyrieleison · et benedictio ·
et missae fiant ; QUALITER IPSI PSALMI DICENDI SINT ;

In primis semper diurnis horis · dicatur · uersus · Deus in adiu
torium meum intende · gloria · Inde hymnum uniuscuiusque
horae ; Deinde prima hora dominica · dicenda quattuor
capitula psalmi · CXVIII · Reliquis uero horis · id est tertia · sex
ta et nona · terna capitula supra scripti psalmi · CXVIII ·
dicantur ; Ad primam autem secundae feriae · dicantur · III · psalmi ·
Id est primus · secundus · et sextus · Et ita per singulos dies · ad primam usque
ad dominicam · dicantur per ordinem · terni psalmi · usque nonum
decimum psalmum · Ita sane ut nonus · psalmus · et XVII · diui
dantur in binas glorias · Et sic fiat · ut ad uigilias
dominicas · semper a uicesimo incipiatur ; Ad tertia

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 16r – Regula Benedicti (https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/48962)